



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

Titulus XXIX. Sollicitudo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Quisquis in se gaudere appetit, eò ipso jam in luctu est, quò à vera lætitiã recessit: vera itaque lætitiã mentis, Creator est. Dignum itaque est, ut in se homo semper mœtiores inveniat; qui, derelictò Creatore, in se gaudium quarebat. S. Gregor. mor. l. 12. c. 14.

Universos, qui Deum non habent, pecunia, amicitia, gloria, facultates Mundi, servi, & quæcunq; bona sunt corporalia; non possunt consolari intrinsecus. S. August. conc. 2. de 2. p. Pl. 36.

Quibus assimilabimus homines generatio-

nis hujus? aut quibus comparabimus illos? quos videmus, à terrenis, & corporalibus, consolationibus avelli, separariq; non posse. Perfectò similes sunt his, qui submersi periclitantur in aquis. Nimirum videas eos tenentes tenere; nec ullã ratione deferere, quod primum occurrit manibus, quidquid sit illud: licet tale sit aliquid, quod omnino proficere non possit. S. Bernardus. de Adv. D. l. 1.

Grave est, & vix ferendum: invenire pro consolatoribus calumniatores. Isidorus Clarus l. 1. or. 19.

TITULUS XXIX. SOLLICITUDO VANA.

§. I.

Symbola.

Dimisit corvum. & non revertèbatur. Gen. 8. 6. 7. Corvus non redit à negotiis corporalibus, & sæcularibus; quasi ab aquis, & cadaveribus. S. Thom. Aqu. hic.

Ecce ego immittam in te -- omne genus muscarum. Ex. 8. 21. Muscis Ægyptus percutitur: quia eorum corda, qui hoc sæculum diligunt, desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur. S. Isidorus c. 14. hic. Musca insolens, & inquietum, animal est: in qua quid aliud, quàm insolentes curæ desideriorum carnalium designantur? V. Beda hic. Musca canina significat curam sæculi. Undè Gregorius: nihil laboriosius, quàm terrenis desiderijs æstuarè; nihil inquietius, quàm in sæculo nihil appetere. Ideo Israel custodiam Sabachii accipit in munere; Ægyptus percutitur muscarum multitudine. Hugo Card. hic. E pulvere Ægypti Moysis virgã percussò, innumerabiles sciniphes geniti sunt. Ex. 8. 17. Qui Ægyptios die, ac nocte, vexando pungebant. Hoc terrenarum possessionum pulvis habet; quod innumerabiles curas pariat. Diez Divitiarum.

Defecerunt sicut fumus. Pl. 101. 4. Fumo sunt humana negotia comparanda: nihil enim ita oculos animæ contristat, ac turbat; ut sæcularium conditio curarum. S. Chrysostr. hom. 2. in Matth. 1.

Expoliavi me tunica meã. Cant. 5. 3. Exui me curis, & occupationibus istius sæculi. S. Thom. Aqu. hic.

Tunica occupationes hujus sæculi figuratè denuntiat. V. Beda hic.

Videns autem Jesus turbas. Matth. 8. 18. Turbæ sunt multitudo curarum temporalium, quæ turbant animam ex omni parte. *Circum se;* sollicitudo enim temporalis tur-

bat à parte anteriori, ut non querat aeterna, quæ sunt anteriora; sicut dicit Apostolus Philipp. 3. 13. Posteriorum oblitus ad anteriora me extendo, & parte posteriori; ut non recogitet vita præteritam; pro qua dolere deberet; quia malè vixit. A parte dextra; nè cogitet de gaudijs cæli: à parte sinistra; nè cogitet de pœnis Inferni. Hugo Card. hic.

Transibat per mediam Samariam, & Galileam. Luc. 17. 11. Galilæa interpretatur rota. Est autem triplex rota. Prima est sollicitudo mundana, quæ rotantur avari de prosperis in adversa, de summis ad ima, de lætis ad tristitia; & è contrario relabentes &c. Hugo Card. hic.

Unaquæque Mundi hujus actio, mola est; quæ, dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit; atque ex se quasi farinam projicit: quia, seductò corde, semper minutissimas cogitationes gignit. S. Gregor. moral. l. 6. c. 11.

Hyems est, cura verum temporalium, atque hyeme tristior. Neque enim hic rigor, aut pluvia, nascitur, aut lutum gignitur, & profundus limus: sed quod est his omnibus gravius; gehennam gignit hæc hyems, ac gehennæ mala. Et quemadmodum in vehementi rigore congelascunt membra, suntque mortua: itidem & in peccatorum hyeme horror animæ nihil suorum officiorum peragit; concreta velut à rigore conscientia.

Quod corpori frigus est, hoc est animæ mala conscientia. Unde & timiditas nascitur. Chrysostr. hom. 7. in 2. Cor. 3. 2.

Quomodo telæ aranearum vim ventis non susceperint; ita nec anima; hujus vitæ curis dedita; nec homo animalis poterit unquam suscipere gratiam spiritus; ab illis enim nihil distant nostræ cogitationes. S. Chrysostr. hom. 34. in ep. ad Ephes.

Sicut

671

con-
nem,
quod,
dum
amo-

r.
non
gu-
are,
Dei:
cum
2. 5.

stis,
quod
tio-
c. de

nt,
s ab
cir-
pen-
nan-
fia:
llis.
elo-
gnæ
tus.

Se-
ad-
an-
in
in
or;
de
im
vi-
nit.
io-
na-
gi;
n,
ur.

ni-
n-
lis
n.
n-
e-

od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui

Sicut piscis bonus, pia est fides; quam qui petit à Domino, nequaquam serpentem infidelitatis accipit: ita & piscis nequam infima est cogitatio, quæ curis hujus Mundi se ultra modum solet immergere. V. Beda Quæst. l. 3. c. 36.

§. II.

Sollicitudines vanas dimittendi,
temperandi, &c. motiva.

Ex Veteri.

In sudore vultus tui vesceris pane. Gen. 3. 19. Cur non addidit, in sudore vultus tui, & in sollicitudine cordis tui? quia laborem vult Deus pani acquirendo impendi; sollicitudinem autem totam spirituali pani acquirendo reservavit. S. Hieron. in Cat. ad Matth. 6. præcipitur nobis, nè solliciti simus, quid comedamus: quia in sudore vultus præparamus nobis panem. Ergo labor exercendus est, sollicitudo evellenda. Escobar. t. 3. Coll. Chr. l. 6. Sect. 2. Obf. 3.

Vidit Scalam. Gen. 28. 12. Per hanc intelligit Theodoretus q. 82. divinam providentiam; quæ cælum, & terram, attingit. Sed nota: quòd scala hæc prius sit super terram; at postea cælum tangat. Cur non primò nominatur cælum, utpote nobilius, & sedes spirituum? sed prius terra, in qua serpentes, & bruta? adeò sollicita est divina providentia circa minima &c. S. August. ad illud Sap. 81. attingit à sine usq. ad finem. lib. de gratia, & lib. arbitr. id est, à cælo usque ad inferiores partes terræ; à maximo angelo usque ad minimum vermiculum. Sylveira in Matth. 6. q. 7.

Perquire, quò modo ad eum pervenias. &c. Tob. 4. 22. Tobias senex, oculis orbatus, coepit de familia, & filij, sustentatione sollicitari: & tota sollicitudo est, per virum fidelem pecunias depositas apud Gabelem recipere. Nihil aliud, nec sibi, nec filio, meminuit. Et quidem, præter pecunias, multa alia erant necessaria: cæcitatibus sanitas, filij nuptiæ. Et dum pater mercenarium hominem pro pecunijs comparandis quærit; cælestis Pater providet angelum, qui & pecunias, & sponfam, & sanitatem, afferat. Bæza t. 3. l. 14. c. 9. §. 22.

Nonne tu vallasti eum, ac domum ejus? Job. 1. 10. En Sathanas queritur, se impeditum à divitijs Job. Caula est, vallasti eum: quia non in corde fixæ erant; sed exterius pro valle, pro sepe. Id. t. 1. l. 4. c. 3. §. 34.

Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini. Ps. 70. 15. 16. Hebr. pro literatura, libros, catalogos, computos. Sept. negotiationes. q. d. quia non cognovi literas sæculares, computos, & negotia hujus sæculi, quæ mentem à Deo di-

strahunt; hinc accedam ad penetrandam, & celebrandam, Dei potentiam, & beneficentiam erga me. Cornelius in Matth. 1.

Sicut liliam inter spinas. Cant. 2. 2. De animo justi dicitur: hoc namque illum inter curas tranquillè degentem indicat. Liliam, inquit Matthæus 6. 28. non laborat, neque nec; & tamen majore, quàm Salomon, gloria circumdatur. S. Nilus lib. ascet. Lilio eum comparat: quoniam eorum, quæ ad victum pertinent, nullâ premittitur sollicitudine; sed rebus obvijs satisfacit corporis necessitati. Quod etiam in Evangelio docens: de vestimento, inquit, quid solliciti estis? Considerate lilia agri &c. Ostendit: eos, qui tranquillam vivendi rationem propter regnum cælorum complectuntur, lilijs esse similes; quæ naturalis gloriæ nitore Salomonis purpuram superant. Animas verò, carnis voluptatibus effœminatæ, ac propterea diaboli filias, ut in Evangelijs rursum declarat, vos inquit, ex patre diabolo estis, spinis assimilat; qui omnem curam in eas conferunt res, quæ ad vitam nunc spectant. S. Theodoretus hic.

Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in cubiculum genitricis meæ. Cant. 3. 4. Quæcunque sponsa Christi cor suum à sollicitudinibus Mundi purgat, ac vacuat, divinòque amore replet; cubiculum parat sponso suo Jesu Christo. Philo Carpath. hic.

Fili, nè in multis sint actus tui: & si dives fueris, non eris immunis à delicto. Eccl. 11. 10. Adhuc panem petis in oratione Dominica, & jam sollicitus es de remittendis debitis: quasi non liceret ad hæc temporalia bona respicere, quin sentiamus laqueos peccati. Tertull. de orat. Dom. consequens erat, ut, obsecratæ Dei liberalitate, in postulato pane, etiam clementiam ejus precætemur. Quid enim alimenta proderunt, si illis reputamur revera quasi taurus ad victimam? Bæza t. 2. l. 9. c. 2. §. 11.

Ex Novo.

Nè solliciti sitis anima vestra. Matth. 6. 25. Superflua sollicitudo circa temporalia vocatur, quando homo in tantum circa talia adipiscenda occupatur; quòd à spiritualibus debitis impeditur: vel talia abundantius quærit; quæ necessaria sint. Porro sollicitudo ordinata, & rationalis, vocatur; quâ homo secundum exigentiam sui status, quærit necessaria vitæ præsentis, in ordine ad spiritualia: talisque sollicitudo est pars prudentiæ. Dion. Carthuf. hic.

Considerate lilia agri. Matth. 6. 28. Tota hominum sollicitudo, & cura, circa nos, & nostra, non exæquat Dei sollicitudinem, & curam. Componere lilia agri, & Salomonem; illa omni cultu, omnium hominum labore vacuata; hunc ingenti ministro-

rum

funi exercitu septem: illis nullus inservit, solum Deus providet. Huic serviunt terrena aurifodina, maris gemina, avium pluma, hominum ingenia, servorum cura. Uter pulchrior, spectabilior, perfectior, in ornatu? an Salomon, medijs curis, & vigilijs, tot servorum? an lilium agri? habes sensum ipsius divinae Veritatis. Baeza t. 3. l. 4. c. 9. §. 22.

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon &c. Matth. 6. 29. Quia ars non dat tam vivos colores, ut natura. Secundò, ut ait S. Chrysoft., Salomoni homines ministrabant vestes; lilijs Deus. Hugo in Salomone fuerunt vestes alienae, in lilio propria; quas natura ei dedit. Sylveira hic. Cur adducuntur in motivum fiducia lilia? quia liliolum, pra reliquis floribus, spei symbolum, teste Pierò Valeriano l. 55. de lilio. Id. ib. Dixit *lilia agri*: ad ostendam minorem sollicitudinem. Nam si essent lilia hortorum, quae nascuntur per humanam culturam; dici poterat, quòd humanus labor conferret aliquid ad illorum pulchritudinem. Dicit etiàm, *non laborant*, propter viros; *neque*, propter feminas: ut utrisque auferat superfluum sollicitudinem. Stella in Luc. 12. 27.

Haec enim omnia Gentes inquirunt. Matth. 6. 32. Cajetanus hic: Gentilis erroris circa divinam providentiam est, inquirere dubia, & timidà curà haec omnia. q. d. aperte: Gentilis erroris participes vos facitis; si solliciti de istis fueritis circa victum, & vestitum. Gentiles pro his nimis solliciti: quia adorant deos lapideos, ferreos, aereos; qui non possunt compati; nec habent aures, ut voces aliorum audiant; nec oculos, ut eorum necessitates videant. Ergo, qui nimium sollicitus est, Deum cogitat ferreum, vel lapideum, sine hominum curà. Sylveira hic.

Quaerite primum regnum Dei. Matth. 6. 33. Non dicit, solliciti estote; sed *quaerite*: quia nec etiam circa regnum caelorum vult nos dubiam adhibere curam, sed securam; utpote innoxiam fidei, ac spei infallibili. Cajetanus hic.

Nolite solliciti esse in crastinum. Matth. 6. 34. Crastinum in scripturis futurum tempus significat. S. Hieron. ep. 47. ad Amanandum. *Crastinus dies sollicitus erit sibi ipsi.* ib. Juxta anagogen, dies crastinus, dies malus, & maledictus est, diei praesenti oppositus; diei, quem benedixit Dominus. De quo in David loquitur Spiritus S. Pf. 94. 8. *hodie si vocem ejus &c.* Dicitur autem dies ille crastinus; eo quod interveniente iniquitatis nocte, ab ipso die hodierno sit omnino separatus. Rupertus in Matth. hic.

Quid faciam? Luc. 12. 17. Ubi recondam? iisdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate, torquetur. S. Ambros. l. 8. 1. de homine dicit.

Polyanth. Sacra. Tom. II.

Erat inclinata; nec omnino poterat sursum respicere. Luc. 13. 11. S. Ambros. l. 2. hexam. c. 3. nil mentem magis onerat, quam istius Mundi sollicitudo, & cupiditas, vel pecuniae vel potentiae. Quod tibi demonstratur in Evangelio, cum legis: quia illa mulier, quae habebat spiritum infirmitatis, inclinata erat, ut sursum respicere non posset: curvata enim erat anima ejus, quae inclinabatur ad terrena compendia; & caelestem gratiam non videbat. Apud Sylveira addit, in Luc. 12.

Ex Patribus, & alijs.

Indecorum est, homines curare de cibo, qui militant regno. Novit Rex, quemadmodum familiam suam pascat; aliat, vestiat; & ideo dixit: *facta in Dominum cogitatum tuum, & ipse te enutriet.* Pf. 54. 23. S. Ambros. in Luc. 12. Ita ille legit.

Purà conscientiam, & spiritu charitatis adheremus Deo nostro, & divinum nobis conciliemus favorem, precantes: ut saecularibus curis, tanquam ab immitibus, & agrestibus, dominis, possimus absolvi, atque exui. Id. l. 2. de Cain & Abel c. 2.

Si nobis curae fuerint divinae; & ipse quoque Deus pro nobis sollicitus erit. S. Chrysoft. hom. 14. in Gen. tomo 1.

Cur miserè solliciti sumus de incertis? cur curis futuratum rerum affligimur, atque vexamur? Qui diem tibi dat; etiam ea, quae ad diem pertinent, tibi dat. Quis efficit, ut sol oriatur? quae corvorum arva sunt? quae aquilarum horrea? an non una omnibus virtum suppeditat divina voluntas? S. Gregor. Nyss. or. 4. de orat. Dom.

Vigilanti corde fiducialiter dormitur; quando, remotis curis saecularibus, & repressis vitiorum motibus, solum Deum libera per gratiam Dei anima suaviter contemplari delectatur. S. Rupertus in Osee 2.

Primas apud nos curas quae prima habentur, obtineant; summásque sibi sollicitudinis partes, salus, quae summa est, vendicet: S. Eucherius ep. parænet. ad Valerianum cognatum suum.

Quemadmodum turpe est, virum, aetate provectum, in pulvere, & cinere, confidentem, puerilia describere: ita turpe, imò longè turpius est, eos, qui de rebus aeternis perfruidendis deberent esse solliciti, in rerum terrenarum pulvere volutari; & studiorum turpitudine professionis suae foedare perfectionem. S. Nil, lib. Ascet.

Idcirco Dominus Jesus factus est homo; ne solliciti simus, ne Mundi curis distrahamur; sed ipsum pro viribus imitemur. B. Isaías Abb. orat. 11.

Miscellanea.

Multos salvavit Deus medijs in fluctibus
Q99 q nego.

negotiorum, qui litus otijs tenentes naufragant. Gerson. tr. 11. sup. Magnif.

Theſaurum fortuitò invenit agricola arans, domum portat; curisque mox torquetur, quomodo tantà pecuniâ uti debeat? quin theſaurum vicini odorentur. Aded verò miser se curis immerſit, ut earum ponde-

re oppreſſus perierit. Alvarez in Gen. 40. Illuſtr. 134.

Curia dat curas. Ergo, ſi vivere curas, & bene, ſecurè; non ſit tibi curia curas. Doultreman. l. 1. c. 5. Sect. 6.

Cura, quòd cor urat. M. Terent. Verronis de lingua Latina, & verborum origine ad Cic.

TITULUS XXX. SOLITUDO.

§. I.

Symbola.

Ex Veteri.

Incluſit eum Dominus deſoris. Gen. 7. 16. Tantum clauſurâ profecit cœtus ille hominum, & ferarum; ut non tantum à naufragio ereptus ſit, verum & morum feritatem poſuerit: lupus enim cum agno ſine cruore diverſit; confedit prope leonem cervus ſine vulnere, vulturi ſcedula accinuit. Oliva l. 2. Strom. §. Matth. 12. 40. Ergone ſepulchrum Chriſti &c.

Reverſa eſt ad eum in arcam. Gen. 8. 9. Multæ ſunt inſidiæ libenter extrâ vagantis animæ; & magnæ tutelæ citò revertentis columbæ. Thom. Kemp. ſoliloqu. an. c. 10.

Sumpſit ſiſcellam ſcirpeam &c. Ex. 2. 3. Suffecit Moyſi contra regem, & fluvium, ciſtula; nequijque infans in ſinu mortis peire; ſiſcellâ, quaſi cellâ, obſeptus. Oliva citatus.

Per noctem in columna ignis. Ex. 3. 21. Sicut per deſerta gradientibus lux ignea inter nocturnas tenebras infulgebat; ſic etiam commorantes in ſpiritualibus clauſtris ſupernæ lucis ſæpe radijs illuſtrantur. Fugiendus eſt ergo Mundus. B. Petrus Dam. l. 6. ep. 5.

Facies & ſaga cilicina undecim &c. Ex. 26. 7. Dei ſervus ſit, ut arca teſtamenti: quæ nunquam ab interiori, & ſecretiori, templi parte exibat; & cum per deſertum geſtabatur, quàm plurimis integumentis occultabatur. Itâ, cum neceſſitas te extra domum compellit, ſint timor, & pudor, ſenſuum tuorum integumenta; ne diſtrahantur. Diez conc. 2. de Incarn. D.

Claude oſtium tuum, cum intrinſecus fueris &c. 4. Reg. 4. 4. Quando vidua illa replevit vaſa oleò, fores ei claudenda erant juſtu Eliſæi. Si Deum cupis animæ tuæ communicare magnas gratias, recede à rebus hujus Mundi, ſolitudinem pete. Stella de cont. &c. p. c. 40.

Introduxit me Rex in cellaria ſua. Cant. 1. 3. Sept: in cubiculum ſuum. S. Tho-

mas in ep. ad amicum: cellam frequentèr diligas, ſi vis in cellam vinariam introduci.

In lectulo meo per noctes quaſivi &c. Cant. 3. 1. Lectulum ſibi ſancta anima in nocte facit; dum, omnes perturbationes Mundi fugiens, ſecretum comparat, in quo requieſcit. S. Gregorius hîc.

Ex Patribus, & alijs.

Amet homo, amet ſanctum otium, in quo exerceat animæ ſuæ negotium. S. Proſper. l. 1. de vita contempl. c. 8.

Animoſi accipitres, aquilæ venatrices, & ſupra omnes alites acutiùs videntes, volatus ſolitarios concupiſcunt. Caſſiodorus 3. var. 31.

Sicut piſcis extra aquam citò moritur; ita Monachus extra cellam leviter diſtrahitur, & inquinatur. Et prudens apis, mel ex floribus colligens, ſtatim inde evolat, & ſecretum gaudens repetit: & hoc in alveario cautè abſcondit; ut habeat, unde in hyeme lateat vivat. Thom. Kemp. Vallis lilior. c. 18.

Diſce pericula peccatorum fugere ab apibus; quæ in hyeme, & tempeſtate, conſciæ ſuæ imbecillitatis, in alveari, aut in cavernis, latent; nè ab aere rapiantur, vel pluviâ ſuſfocentur. Quære & tu contra tempeſtates angulum, in quo vitam agas tranquillam; ut de te illud Il. 32. 2. dicatur: *Erit vir, ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate.* Diez conc. 1. D. 11. Pent.

Sicut cortex eſt ad decorem, & conſervationem pomi, fractio verò corticis eſt ad pomi putrefactionem: aer enim intrat, & pomum corrumpitur. Sic ordinata converſatio eſt ad magnum vitæ decorem; negligens ſui cuſtodia vitam bonam, & conſcientiam, arumpit. Broymard. Converſatio.

Statua ſub ſipario. Lem: *Celatur, donec caletur.* Bovius.

§. II.

Solitudinis varia laudes, & motiva.

DEt tibi Deus de rore cœlo &c. Gen. 27. 28. Eſau venator dum eſſet foris, Iſaac bene-